Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36545
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

65

te. Insimulatio autem mala inimicitiarum
quaedam et certaminum mater est. quae ex se iracun
diam parit. ex quibus rursus iurgia et bella nas
cuntur. Nulla autem uirtus est occidere hominem.
latronum cum iste ut nouimus mos est. Sed nos
uirtutem ueram uocamus. contra auaritiarum mu
tationes nudo corpore dimicare. deside
ria uentris abscidere. et uarias ipsius pugnas
abstinentia. patientiaque superare. Haec ergo prius
uince. hos inimicos ante omnia tuos. si for
tis esse uideris occide. et opus tibi non est aduersus
certamina externa effugere. Idcirco cum
contra eos qui foris sunt commoues bella. ut istis
quos intrinsecus habes alimenta ac fomenta
suppedites. Sed tu uides quod eos quibus foris
dimicans uincis. ab his autem quos nosti inter
te esse. superari uis. Considera ergo quanti ty
ranni instructorum cordibus regnant. oculi.
aures. nares. uenter. uirilia. totumque corpus
humanum. Quam multa desideria nascuntur
intrinsecus. quibus omnibus genus mortale suc